



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessoriorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Culpa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Correptionem omittere aliquando vitæ
charitatis, aliquando p. m. interdum p. v. &
ib. concl. 5. quam videas.

Credere, vide Fides. Crimen.

CRimen læsæ maiestatis non incurrit, quod
non est Principi subditus.

** Syl. vers. Maiestas.*

Culpa.

Culpa lata dicitur, quam homines con-
muniter vitare solent: leuis quam
gentes; leuissima, quam diligentissimi.

** Vide Syl. Culpa nu. 1. Garziam c. 2. num. 14.
de cont. Nau. c. 17. nu. 178. P. N. l. 2. cap. 1. nu. 52.*

2 Si contractus sit in fauorem vnus solu-
tenetur is de culpa etiam leuissima: alter
solum de dolo: si autem in fauorem vtrius-
que, vterque tenetur de leui. Ita Nauart.
Iureconsultis, quod ego seruandum puto
foro exteriori: alioqui in conscientia
tenetur nisi de culpa lata, seu mortali: nisi
ud sit conuentum, aut res esset eiusmodi,
exactam requireret diligentiam, & per ne-
gentiam læsa esset: quamquam in ijs multa
potest prudentia & æquitatis ratio, quibus
agendum, decernere.

** Lege Syl. commodatum. 6. h. 2. c. 1. nu. 179. { Culpa lata } Vide Couar. l. 1. c. 6. §. 8. nu. 12. epit. Aug. Culpa. 6. Adria. de restit.*

uar. in clem. si furiosus 2. p. §. 4. nu. 9. dicens, homicidium ex leuissima culpa per commissionem inducere irregularitatem, videntur sentire, teneri quempiam ad restituendum ex leuissima culpa; Syl. restit. 2. q. 4. mercat. de rest. c. 5. P. N. l. 2. c. 1. nu. 57. de dolo, & lata culpa.

Curator, vide Minor.

Curator, & tutor, tenentur ad damnum culpa sua eueniens, quod si cum tenerentur, negotiari omiserunt, possunt pupilli ab eis accipere quinque pro centum.

*Lege Syl. vers. Tutor, Nauar. c. 25. nu. 66.

2 Tutor non impeditus causa iusta tenetur cum Notario quam primū facere Inuentarium.

*Syl. l. c. 6. 7. Fu. Tutela. 4. Mol. d. 223. qui non

nullis Disput. multa de Curatore, & Tutore.

3 Mater per transitū ad secundas nuptias desinit esse tutrix, item que per vitam incontinentem.

*Fu. Syl. l. c. numer. 10. Nau. l. c. 67. Vide Mol. d. 220. col. 1027.

Curatus, vide Parochus.

Curiositas, vide Diabolus.

Mortale peccatum est, velle videre id, aut scire, cuius visio, aut sciētia, in periculū peccādi mortaliter inductura creditur.

*Lege Nau. c. 23. nu. 24 Tol. de 7. pecc. m. c. 12.

num. 7. Caser. vers. Curiositas, & alios.

F 2

Addit. 3